



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

De Simonia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

## ARTICVLVS VII.

## De Simonia.

- 1 Simonia comparatur idololatrie & crimini læsæ maiestatis.
- 2 Simonia non nisi per Iudicem Ecclesiasticum iudicari debent.
- 3 Simonia quid sit?
- 4 Nulla Simonia præterquam in ordine & beneficio inducit excommunicationem.
- 5 Vicariatum emens quam Simoniam incurrat.
- 6 Simonia mentalis non inducit pœnas Simonie.
- 7 Simonia conuentionalis quid operatur.
- 8 Simoniacus in ordine amittit executionem ordinum ante Simoniam susceptorum.
- 9 Beneficium Simoniacè obtentum vacat ipso iure.
- 10 Simoniam ignoranter committens debet dimittere beneficium per eam questitum.
- 11 Simoniacus etiam in foro conscientie tenetur ad dimittendum beneficium.
- 12 Simoniacus est inhabilis ad alia beneficia in posterum obtinenda.
- 13 Simoniacus beneficijs obtentis ante Simoniam commissam non est priuatus ipso iure, sed potest priuari per sententiam.
- 14 Simoniacus in beneficio an incurrat suspensionem ab Ordine.
- 15 Recipientes quid à prouisis circa traditionem possessionis beneficiorum, quas pœnas incurrant.
- 16 Simonia confidentialis grauior ceteris, & grauiores habet pœnas.

3. **S**imonia comparatur idololatrie. cap. *1. en. 17. Iul. Clar. lib. 5. §. Simonia.*  
 sunt quidam. 1. quest. 1. comparatur sceleri homicidij. Innoc. in cap. fin. de purg. can. æquiparatur crimini læsæ maiestatis. Bald. in l. si quenquam. C. de Epif. & Cler. Diaz. in pract. crim. cap. 85. est q; species hæresi. cap. altare. 1. quest. 3. cap. presentium. 7. quest. 1. c. quoties. de Sim. Rebuff. in prax. de Sim. in resig. num. 12. Paris. de resig. lib. 4. q. 2. num. 10. & in comparatione ipsius, omnia alia crimina pro nihilo reputantur. c. sicut. c. per tuas. 1. lo. cit. de Sim.

3. Iudicatur autem à Iudice Ecclesiastico. gl. in c. cum sit generale. de fo. comp. sicut. 16. Aufser. de potest. sacul. Reg. 4. sal-

*1. en. 17. Iul. Clar. lib. 5. §. Simonia.*

3. Est autem Simonia voluntas studiosa emendi vel vendendi spirituale vel spirituali adnexum. princ. gl. 1. quest. 1. S. Th. 2. 2. quest. 100. art. 1. Nau. in Man. c. 23. num. 100. Quotuplex vero sit Simonia, & quomodo contrahatur, consuli possunt Summistæ. vt Ang. Arm. Sylu. v. Simonia. Nau. lo. cit. Tolet. in sum. lib. 1. c. 49. Vgolin. in suo tract. de Sim. Redoan. de Sim.

4. Nos breuiter notemus in nulla Simonia, præterquam contracta in ordine & beneficio incurri excommunicationem vel suspensionem: de istis enim  
 P p      Solum



folū iura loquuntur, & notat Sylu. lo. cit. q. 19. Nau. lo. cit. n. 106. & cōf. 68. de Sim. in antiq. ad quod facit quod pœna in iure apposita nunquam trahitur ad similia ex identitate rationis, vt notat Abb. in cap. fin. de iurep. num. 8. vnde emens Vicariatum, seu aliquam administrationem seu officium spirituale Episcopi, Parochi, seu alterius beneficiati, licet committat Simoniam punibilem à Iudice priuatione officij & similia. Abb. & DD. in cap. 1. & 2. no Prælati. vic. suas. istam tamen Simoniam non incurrit quæ secum trahit excommunicationem, cum hæ administrationes licet sint spirituales, non possint dici propriè Ecclesiastica beneficia. Nau. lo. cit. in Man. num. 111. Similiter & emens absque autoritate Papæ pensionem super beneficio Ecclesiastico impositam, licet non excusetur à labe Simonie, non tamen incurrit excommunicationem prædictam, quæ per Simoniam super ordine vel beneficio inducitur, quia pensio non est propriè beneficium, sed quid dependens à beneficio, & potius quid temporale. Abb. in cap. ad audientiam. 2. num. 2. de rescript. Felin. ib. Gig. de pens. q. 71. Nau. cit. cōf. 16. & cōf. 52. in antiq. de Sim.

Item per Simoniam mentalem licet contrahatur peccatum mortale iuxta intentionis modum, non incurritur tamen pœna à iure contra Simoniacos assignata, neque censura aliqua. cap. fin. de Sim. neque tenetur ad restitutionem vel dimissionem beneficii per eam acquirens. Nau. in cit. Man. cap. 23. num. 103. & cōf. 12. de Sim. num. 2. in antiq.

Conventionali quoque Simonia non incurritur excommunicatio, vel aliqua pœna à iure expressa, licet puniri possit illam committens pœna arbitraria, etiam pœna priuationis beneficii & inha-

bitatis ad alia beneficia in futurum obtinenda, cum sit multo grauior quam mentalis, distincta tamen à reali. Cassad. decis. 5. de Constit. Rebuff. lo. sup. cit. num. 9. Nau. lo. sup. cit. in Man. num. 104. Verul. decis. 201. p. 1.

In Simonia tamen confidentiali sufficeret conuentionalis ad incurrendas pœnas Const. Pij IV. & Pij V. Nau. lo. cit. in Man.

Aduertendum præterea quod Simoniacus in ordine incurrit & excommunicationem & suspensionem, vt patebit ex verbis Constitutionis Pij V. infra referenda, & amittit executionem, nō solum ordinis male suscepti, sed etiam aliorum ante legitime susceptorum, vt notat Diaz. lo. sup. cit. cap. 85. Simoniacus autem in beneficio incurrit excommunicationem, tum & pœnam priuationis beneficii quæ sit per Simoniam, & inhabilitatis ad illud & similia in posterum obtinenda. extrauag. cum detestabil. de Sim. comm. Felin. in c. de Simoniac. cōcl. 3. de Sim. Redoan. de Sim. p. 2. c. 10. num. 33. vbi ad hoc propositū refert verba Conc. Constantin. vt sequitur.

Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæuis provisiones Simoniacæ, Ecclesiarum, Monasteriorum quorumcumq; deinceps factæ, nulla sint ipso iure, nullumq; per illas ius cuiquā acquiratur, nec promoti, confirmari, promoueri, faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tãquam indigne ablata percipientes teneantur. Statuentes insuper quod dantes & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiamsi Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate, &c.

Ipso iure itaque nulla erit collatio beneficii Simoniaci. Abb. in c. cum vniuersorum. num. 6. de rer. permut. Felin. in



cap. insinuat. de Sim. & beneficium  
 collatum vacabit ipso facto. Re-  
 doan. lo. sup. cit. num. 37. & p. 2. c. 9. nu.  
 30. ib. Card. Pars. cons. 135. vol. 4. Cac-  
 culup. de p̄f. q. 19. col. 1. Rodriguez in sua  
 sum. p. 2. c. 56. à num. 16. esseque com-  
 munem opinionem testatur Paris. de re-  
 sig. lo. sup. cit. quest. 2. num. 12. Ita quod  
 beneficium huiusmodi possit impetrari  
 absque alia declaratione, sed sufficit, vt  
 declaratio fiat post impetrationem. Re-  
 buff. lo. sup. cit. num. 11. & nimirum impe-  
 trans expeditis bullis, præsentet eas Or-  
 dinario, & coram illo probet crimen, vt  
 immittatur in possessionem beneficij  
 impetrati. Paris. lo. cit. & Boer. per eum  
 allegat. decis. 117.

Nulla quoque erit collatio beneficij  
 per Simoniam, licet ignoranter commif-  
 sam, facta, vt si amici vel consanguinei  
 dederint aliquid temporale pro obtinē-  
 do beneficio in personam amici ipso i-  
 gnorante, talis enim affectio beneficij  
 est omnino nulla. cap. nobis fuit. de Sim.  
 Abb. inc. penult. num. 1. de elect. Maiol. de  
 irreg. lib. 5. c. 45. num. 2. vnde Simonia-  
 cum etiam ignorantem, si spoliatur non  
 esse restituendum, quia non habet titulu  
 coloratum, tenuit Rot. in vna Ireman.  
 Parochialis coram Aquen. 20. Nouembr.  
 1538. teste Sarnen. in Reg. de trien. q. 12.  
 col. ult. Paris. lo. cit. q. 7. n. 38. ad hoc Ve-  
 ral. 245. p. 3. Talis tamen Simoniacus  
 ignorans non amittit alia beneficia, nec  
 incurrit pœnas Simoniacæ, dummodo  
 habita notitia Simonix, statim dimittat  
 beneficium per illam quæsitum. Vgolin.  
 in cit. tract. de Sim. tab. 4. Gomez. in Reg.  
 de trien. q. 12. Paris. lo. cit. sup. q. 7. num.  
 40. alioquin priuari posset tali benefi-  
 cio. Nau. cit. cōf. 10. n. 4. de Sim. in antiq.

Simoniacus item in beneficio in tan-  
 tum nō acquirit ius in beneficio per Si-  
 moniam quæsito, quod etiam in foro cō-

scientiæ, licet non præcesserit sententiã  
 declaratoriã, tenetur ad dimissionem  
 ipsius, & restitutionem fructuum inde  
 perceptorū. Tolat. in sum. lib. 5. c. 93. Ro-  
 driquez in sum. c. 52. Vgolin. cit. tab. 4.  
 cap. 6. s. 1. & pœnitentiarius non potest  
 ipsum absoluere, nisi velit dimittere be-  
 neficium, vt patet ex verbis Constit. Pij  
 IV. super reformatione pœnitentiariæ.  
 incip. In sublimi. de an. 1562. Non. Mag  
 vt sequitur.

Caueat etiam pœnitentiarius, ne in  
 absolutionibus à Simonia reali, vel con-  
 uentionali etiam occulta, vnquam con-  
 cedat, vt ipsi Simoniaci beneficia, super  
 quibus Simoniam commiserunt, seu pe-  
 cunias vel alia pro illis accepta, aut fru-  
 ctus exinde post cōmissam Simoniam por-  
 ceptos, in toto vel in parte retinere pos-  
 sint, quinimo in absolutionibus huiusmo-  
 di apponatur clausula, quod vterq; ad  
 beneficium super quo fuit cōmissa Simo-  
 nia perpetuo inhabilis existat, &c.

Non solum autem pœnis prædictis  
 punitur Simoniacus, sed vltra hæc red-  
 ditur ad alia beneficia obtinenda pror-  
 sus inhabilis ex Constit. Pij V. incip.  
 Cum primum. ex qua aliqua supra circa  
 reuerentiã Diuinorum retulimus, quo-  
 ad vitium autem Simonix verba Con-  
 stitutionis illius sunt, vt sequitur.

Et vt Simoniacæ prauitatis labes  
 prorsus aboleatur, Constitut. antecessorū  
 nostrorum contra Simoniacos editas, &  
 præsertim Pauli II. inuolabiliter obser-  
 uari mandamus, delinquentes tam in sa-  
 crorum Ordinum receptione, quã in be-  
 neficiorum assequutione, statutis etiam  
 inferius pœnis nostra auctoritate affici  
 volumus. Quicumq; igitur detestabile cri-  
 men Simoniacæ prauitatis commisisse,  
 conuictus fuerit, in consequendū Ordini-



bus eo ipso sit ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur.

Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas & quascumq; alias obtinendas. Qui beneficium aut officium Eccl. si. str. u. Simoniacè adeptus fuerit, illi similiter sit ipso iure priuatus & ad fructuum omnium quos perceperit restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea & quacumq; alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelium consortio eijciatur. Qui verò ordines & beneficia Simoniacè contulerint, pœnis à iure statutis puniatur, cuiuscumq; gradus, conditionis, & dignitatis, etiamsi Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicumq; ne in Sacramentorum exhibitione Simoniacum aliquid faciant, alioquin grauissimè puniantur per locorum ordinarios, qui huiusmodi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Conc. Tridentini statuta, &c.

Vnde Simoniacus etiam ad fructuum ex beneficio Simoniacè quæsito perceptorum tenetur restitutionem, vt patet ex text. Const. præsertim. & ad hoc Rebuff. loc. sup. cit. num. 15. Beneficijs tamen quæ ante commissam Simoniam legitime obtinuit, non priuatur ipso iure, cum hoc in dicta Const. non appareat plene expressum, & pœnæ non possint trahi ad non expressa. gl. communiter recepta. in cap. fin. de iurep. Abb. ib. num. 7. Selu. in tract. de benef. 3. p. 9. 2. col. 4. Nau. cons. 34. de Sim. in antiq.

quia nimirum odiosa & restringenda. cap. pœnæ. de pœnit. dist. 1. Quare poterit Simoniacus beneficia obrenta ante Simoniam resignare, vel impetrare dispensationem à Papa super illis retinendis, cum alioquin absq; dispensatione illa retinere non possit, & posset illi priuari. Rebuff. loc. cit. num. 13. quam dispensationem etiam per Episcopum posse concedi vult Ach. de Grassi. decis. 2. de Sim. alias 341. Simoniacus verò ignoranter, licet vt supra diximus debeat dimittere beneficium Simonia ignorata quæsitum, alijs tamen beneficijs legitimè obtentis non priuatur, nec priuari potest, nec aliquam censuram incurrit. cap. de Simoniacè. cap. de regularibus. de Sim. Paris. loc. sup. cit. q. 7. nu. 40. imò posset illud ipsum beneficium per dispensationem Episcopi obtinere. Nau. cons. 35. num. 4. in antiq.

Aduertendum præterea quod licet Simoniacus ipso facto incurrat pœnam excommunicationis & priuationis, suspensionem tamen ab executione sui ordinis non incurrit ipso facto, cum hoc non reperiatur in iure expressum; vnde talem obrenta absolutione super excommunicatione, & beneficio dimisso, posse exercere suum ordinem & celebrare tenet Nau. loc. cit. in man. nu. 111. & cons. 34. tit. & cons. 97. num. 11. de Sim. in no. Henriquez lib. 13. de excom. cap. 37. §. 5. contra Lambert. de iurep. p. 1. lib. 2. q. 9. art. 10. Maiol. de irreg. lib. 5. cap. 45. num. 1.

De recipientibus quoque aliquid à prouisis de beneficijs circa eorundem beneficiorum possessionem in executionem decreti Conc. Trid. sess. 24. cap. 14. de ref. emanauit Constit. Pij V. tenoris sequentis.

Purum nimis, & infra. Quare nos pro  
Diui-



Divini cultus exercitio, simulq; evocato-  
 rum ad illud auxilio plenius evidentiusq;  
 consulendum fore rati reuocamus & ab-  
 olemus omnia, & quaecunq; priuilegia,  
 consuetudines & statuta quarumcunq;  
 Ecclesiarum Cathedralium Metropolita-  
 narum ac maiorum, necnon Collegia-  
 tarum, etiam iuramento confirmatione  
 Apostolica aut alio quouis presidio muni-  
 ta, ac etiam supra hominum memoriam  
 & longissimo ac quancunq; tempore et-  
 iam continuo obseruata, siue pro solu-  
 endis Ecclesiarum, vel prelatorum debitis,  
 siue pro supportandis illorum oneribus, siue  
 alijs etiam maioribus maximis & vrgētis-  
 simis causis concessa, & approbata ac etiam  
 multiplicatis vicibus innotata, extensa,  
 & moderata, quod vacantibus ipsarū Ec-  
 clesiarum dignitatibus, Canonicatibus,  
 prebendis, portionibus, beneficijs & offi-  
 cij fructus, ac etiam quotidianas di-  
 stributiones ex eis primo ab ipsa vacatio-  
 ne anno, aut longiore vel etiam breuiore  
 tempore prouenturi mensa Episcopali  
 seu capitulari alioque loco integre vel  
 partim remaneant seu applicentur, aut  
 in communes vsus cedant, seu inter ali-  
 os canonicos & personas Ecclesie seu ca-  
 pituli diuidantur. Quodq; nullus etiam  
 Apostolica auctoritate prouisus in Cano-  
 nicum recipi aut ad dignitatem seu por-  
 tionem, beneficium vel officium admitti,  
 vel alias in eius possessionem induci possit,  
 nisi prius de obseruandis huiusmodi pri-  
 uilegijs, consuetudinibus & statutis iu-  
 ramentū prestiterit & obtenta illorum  
 derogatione ac fructuum & distribu-  
 tionum perceptioni renunciauerit, seu ca-  
 pitulo & personis predictis cesserit seu  
 (vt appellant) dulciaria aut quid aliud  
 prestiterit. Quorum omnium tenores,  
 causas & effectus habemus presentibus  
 pro expressis, quibuscunq; illa concepta  
 sint formulis, nec non irritantibus & a-  
 lijs decretis roborata, volentes ea omnia  
 vires & effectum de cetero non habere.  
 Precipimus igitur & interdiciamus om-  
 nibus Episcopis, Capitulis, Collegijs &  
 personis ad quas id pertinet, ne post hac  
 fructus aut distributiones huiusmodi, nec  
 prorsus vllam eorum partem retineant  
 neue ipsorum cessionem vel renunciati-  
 onem aut dulciaria vel alia quancun-  
 que petant vel exigant, aut quenquam  
 siue ordinaria, siue Apostolica auctori-  
 tate prouisum ad prestandum huiusmodi  
 iuramentum inducant, aut illi predicta  
 non facienti possessionem impediunt vel  
 remorentur. Quicunq; contrafecerint, si  
 Ecclesiarum Antistites tam diu à Ponti-  
 ficis officij exercitio sint suspensi, donec  
 satisfactione prauia illis per Sedem Apo-  
 stolicam suspensio relaxetur. Capitula  
 verò & Collegia quaecunq; Ecclesiastico  
 subiacent interdicto, ac singulare per-  
 sona in excommunicationis sententiam  
 incurrant, à qua nisi in mortis articulo  
 constituti, ab alio quam à Rom. Pont. ab-  
 solutionis beneficium nequeant obtinere.  
 Decernentes huiusmodi prestita iura-  
 menta non tenere, nec quęquam illis ob-  
 ligari, quinimò iurantes in huiusmodi  
 censuram incidere, necnon irritum &  
 inane quidquid secus super his per quos-  
 cunq; scienter vel ignoranter contigerit  
 attentari. Et nihilominus statuimus, vt v-  
 bicunq; huiusmodi fructus, & distribu-  
 tiones, fabrica, vel Sacristia, vel alterius



p̄y loci vsibus ultra semestre tempus reperiuntur concessi, horum duntaxat dimidia pars ipsi Sacristia, vel fabrica aut pio loco deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati prædicti integrè percipiant. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostol. contrarijs quibuscunque, &c. Caterum per prædicta non intendimus illis præiudicare Capitulis, Collegijs, mensis, aut personis, fructus & distributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem siue possessionis apprehensionem prouenientes ex statuto consuetudine vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interim vel antea exigere valeant & habere, &c.

Datum Roma anno Incarn. Dom. 1570. prid. Kalend. Iul. Pontificat. ann. 5.

Si tamen consuetudo sit, vel statutum à Sede Apostolica approbatum, vt aliquid detur conuertendum ad pios vsus, seu pro fabrica Ecclesie, seruari debet, vt Conc. loc. cit. & dicemus infra alia occasione.

Contra aliam autem Simonie speciem circa beneficiorum assignationes, quæ confidentialis appellatur, tanto grauiores pœnas Pius IV. Constit. sua, incip. Romanum. de anno 1564. Kal. Nouem. & postmodum Pius V. alia sua Constit. ordinarunt, quanto facilius tam damno crimine delinquebatur. In eo autè grauiores sunt pœnæ huius criminis, quia nimirum illo peccans, etiam beneficium antea obtentis priuatur, & beneficium tali Simonia quæsitum, remanet Sedi Apostol. reseruatum, & quod solis præsumptionibus crimen huiusmodi probari possit: quarum præsumptionum argumenta, & alia plura videre licet in ipsarum Constitutionum contextu, expli-

cata apud Suarez de cens. disp. 22. sect. 6. à nu. 15. & Paris. in tract. de confid. benef. præcipuè. g. 58. à num. 51. Nobis sufficiat retulisse Constitutionem Pij V. qua etiam contenta Const. Pij IV. prætractæ continentur, & sequitur.

Intolerabilis multorum, & infra. Benè quidem & prouidenter se. rec. Pius PP. IV. prædecessor noster ad tollendam fiduciaria mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam statuit, & decreuit, vt ipso iure vacarent Ecclesia, Monasteria, cateraq; beneficia Ecclesiastica in confidentiam à quibuscunq; etiam San. Roman. Eccles. Cardinalibus, cuiusuis personæ contemplantatione vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem sibi & Apostolica Sedi reseruando.

Nec valerent ipsorum collationes, seu concessiones, nec fructuum nec pensionum reseruaciones, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi seu accedendi ad Ecclesias, Monasteria, beneficia supradicta, illaq; recipientes fructus, pensiones & alias res eorundem indebitè perciperent. Prohibens quibuscunq; etiam sub censuris Ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quascunq; prouisiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesiis, Monasterijs & beneficijs, necnon reseruaciones fructuum, pensionum, rerum & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi & ingrediendi, aliasq; facultates, siue per se, siue futuros Rom. Pont. etiã motu proprio ac Consistorialiter, siue etiam per ordinarios Collatores, etiam ad patronorum presentationem cum interuentu confidentia huiusmodi, siue expressè,



preſe, ſive occultè ac de iure præſumpto & alias contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam ſuffragari, ſed Eccleſias, Monasteria, & beneficia huiusmodi ipſo iure vacare, ac prædicta diſpoſitioni reſeruata eſſe, ſicq; per quoſcunq; etiam per præſumptiones & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cum alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui & probari non poſſe, conſtaret) iudicari & deſiniri debere; nec non irritum & inane quicquid ſecus contigerit attentari, quemadmodum conſectis ſuper his literis ſuis plenius continetur. Verumtamen propter improbas multorum cupiditates, prædicta qua ad purgandã hac pernecie Eccleſiam, & animarum ſalutem ab ipſo prædeceſſore edita ſunt in multis deprehendimus viam aperuiſſe grauius delinquendi. Siquidem cum frequentibus pluriſſimum querelis pridem concitati, quod iudices in cauſis huiusmodi confidentiarum expediendis remiſſiores eſſent oēs, & ſingulas cauſas ipſas vbiſcunq; & inter quoſcunq; motas ad nos aduocariſſemus, ac omnimodã huiusmodi cauſarum præſentium & futurarum rerumq; omnium ex ipſis reſultantium cognitionem nobis & ſucceſſoribus noſtris reſeruariſſemus, & ſuper quibusdam coram nobis proceſſum fuiſſet, varijs inde nec leuibus coniecturis intelleximus, vitium quidẽ confidentia occultè irrepſiſſe, ſed in pleriq; cauſis præſumptiones & coniecturas qua ad illud probandum deducuntur minimè ſufficere, cuiusq; rei cauſa pluriſſimos qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidentiam exercebant, vbi ſognauerunt obſtructam veritatem prop-

ter difficultates probandi in iudicijs, confidentias ipſas contempta Conſtitutione prædicta, Eccleſias, Monasteria & beneficia ſic recepta vt prius retinere, alios fructus, penſiones & alias res percipere, alios eorum exemplo ad ſimilia & grauiora ſidentius commoueri. Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeunt, alij ne cogantur ad ſacros ordines ad reſidentiam, ad incedendum in habitum Clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant: alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant, alij propter crimina incapaces, quidam vt purgato delicto vel abſolutione conſequuta illa repetat, eadem in alios deponunt, & in pleriq; fructus ipſorum aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuant, ſepè Laicis & inhabilibus. Pleriq; vel ſenes vel infirmi vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt & renunciant in alios, qui vel profanam familiã ſcedentiũ de fructibus Eccleſiaſtaicis alant, vel illa etiã num infantibus, aut naſcituris aſſeruent, factò interdum circuitu retroceſſionis, cum reſeruacione fructuum, & aliarum rerum, aut accèſſu, præſertim ab illis qui præſtandorum luriũ Camera Apoſtolica ſunt immunes: alij aut incapaces, aut alijs beneficijs Eccleſ. onuſti, aut Eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare reſugiunt, aut more laici beneficia Eccleſiaſtica alijs conferenda procurant, vt de illis poſtmodum ad libitũ ſuũ diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc pleriq; Ordinarij & alij Collatores, ac etiã Patroni laici curant deponenda beneficia, vt fructus ſeu penſiones capiant eorundẽ, alijsq; faciant miniſtrari. Alia item per multa eiufcemodi admittuntur,



tur, quibus immaculata verū Diuinarum puritas impiè violatur, disciplina Ecclesiastica neruus dirumpitur, & imminens patrat exitium animarum. Quare nos valentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cobibere, presentium auctoritate statuimus, vt si quis quacunque auctoritate Ecclesiam vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticū qualecunq; ex resignatione vel cessione cuiuscunq; persona simpliciter aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa vel illud etiam inuentum regressus vel accessus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus vel eorum pars, alij vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem, hac confidentia censeatur. Itidē si Ordinarius vel alius collator contulerit ante hac aut conferat in futurū beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita vel expressa, vt postea in alterum pro arbitrio collatoris seu alterius cuiuscunq; contra iuris communis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus, fructus illius vel partem ad utilitatem vel libitum conferentis vel cedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens per se vel alium scripto aut verbo iusserit seu significauerit, persoluat, & pariter si à Patrono etiam Laico, vel alteri Presentatori seu Electori contigerit aut contingat id fieri. Adhac si Clericus predicta Camera, aut Cardinalis, aut alius à solutione iurium ipsius Camera, vel etiam Cancellarie apostolica exemptus, post resignationem vel cessionem alicuius ex-

tranei de Ecclesia, Monasterio vel alio beneficio Ecclesiastico, in se Apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eundem resignantem vel cedentem modico spacio inrelictō, veluti duorum aut triū mensium retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesie seu Monasterij aut beneficij, vel eorum pars seu pensio seu quid aliud super illis reseruatū, aut regressus seu accessus, & ingressus ad illam vel illud, ipsi Clerico vel Cardinali aut alij exempto sit fuerit uè concessus. Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cū quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit quacunq; auctoritate Ecclesiam, Monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum aut contractam irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentia prauitas sit contracta, casusq; huiusmodi literis predictis comprehendatur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentia crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandum vero plene confidentiarum abusum, inter alia etiam habentur presumptiones & coniecturae habentur legitime, videlicet si quis post cessam ab se Ecclesiam vel Monasterium aut beneficium, & publicatam resignationē, seu cessionem, captamq; à successore possessionem, sese in illa vel illo, seu rebus illius per se vel alium seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicunq; successor illi vel eius propinquus ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem; si recipiens beneficium consti-

tuerit



fuerit dimittentem vel eius parentes aut  
 propinquos procuratores ad percipiendū,  
 vel locandum fructus beneficii dimissi, &  
 illi vel illis de fructibus perceptis aut perci-  
 piendis donationem fecerit. Si vel sola  
 procuratoris depositione, vel libris ratio-  
 nalibus mensurorum ex parte dimittentis  
 expeditio, quæ personam recipientis  
 concernit prosecuta sit; simulq; expensæ  
 pro ea necessaria ab illo factæ fuerint. De-  
 nique si quis pro concessione alicui facta  
 quacunque auctoritate de beneficio Eccle-  
 siastico, per se vel alium seu alios interces-  
 serit, vel alius in negotio concessionis sese  
 immiscuerit quouomodo, deinde aliquid  
 de fructibus talis beneficii de facto etiam  
 per manus possessoris ac etiam simplicis do-  
 nationis titulo perceperit, seu de illo post-  
 modum ad voluntatem intercessoris fuerit  
 dispositum quocumq; Testes autem de  
 quaq; re singulares, singulas probare vale-  
 ant præsumptiones & coniecturas, pluresq;  
 huiusmodi præsumptiones & coniectura  
 plenā probationē faciant in prædictis. Ca-  
 teri criminosi & ceteri omnes qui ad per-  
 hibendū in casibus Simoniae testimoniū re-  
 cipi possunt, ad prædicta omnia admittan-  
 tur. Sed ne quisquā etiā vana fiducia fretus  
 nō intendendi contra se iudicij in crimine  
 perseveret, utq; hoc malum grauioris cen-  
 suræ stimulo vsq; quaque prohibeatur, om-  
 nes & singulos qui hucusq; Ecclesias, Mo-  
 nasteria, beneficia, fructus, pensiones, a-  
 liasue res intercedente hoc confidentia vi-  
 tio receperunt ac retinent, nisi statim ad  
 se reuersi & respicientes, celeri dimissione  
 sibi prospexerint, & quidquid tale admise-  
 rint in futurum, etiam omnibus & singu-  
 lis alijs Ecclesijs, Monasterijs, dignitati-  
 bus, administrationib; officijs, & beneficijs  
 obtentis, quæ pariter subdita reservatione  
 comprehendere volumus, nec non fructibus,  
 pensionibus, & alijs rebus Eccles. ac etiam  
 Rom. Curia & alijs officijs temporalibus,

presentium auctoritate priuamus & ad  
 futura inhabiles decernimus: & in iuris  
 subsidium excommunicationis sententia  
 innodamus, à qua nullus nisi in mortis ar-  
 ticulo constitutus ab alio quam à Roman.  
 Pontif. absolutionis beneficium valeat  
 obtinere. Nos enim aduocatione causa-  
 rum huiusmodi, & reservatione cog-  
 nitionis illarum rerum, omnium inde e-  
 mergentium nobis & prædictis successo-  
 ribus vt dictum est facta, (causis illis dun-  
 taxat exceptis quæ iam coram nobis pen-  
 dere noscuntur, ac etiam is quas ratio-  
 ne Ecclesiarum & Monasteriorum quo-  
 rum dispositio in Consistorio fieri con-  
 suevit aut debet, itemque contra Ordini-  
 arios collatores Episcopos & alios Su-  
 periores, Prælatos, etiam Cardinales  
 haberi contigerit, vt iam alijs nostris  
 litteris statutum est audiendis, deciden-  
 dis & terminandis) harum seriè prorsus  
 relaxata, decernimus ita deinceps quos-  
 cunque iudices ordinarios & delegatos,  
 etiam causarum Palatii Apostolici au-  
 ditores, ac prædictæ Rom. Ecclesie Cardi-  
 nales sublata eis & ipsorum cuiuscumq; quauis  
 aliter iudicandi & interpretandi facul-  
 tate, & auctoritate vbiq; iudicare, inter-  
 pretari & definire debere, nec non irritū  
 & inane quicquid secus in prædictis per  
 quoscunque quauis auctoritate scienter  
 vel ignoranter contigerit attentari.  
 Quocirca omnibus locorum ordinarijs di-  
 strictius iniungimus vt in suis quisque Ec-  
 clesijs, Ciuitatibus, Diocesis, & locis  
 etiam exemptis, ad prædicta studiosè at-  
 tendant, & quatenus illis relaxauimus,  
 in delinquentes seuerè animaduertant,  
 si Diuina maiestatis iudicium, dictaq; Se-  
 dis censuram voluerint euitare. In ceteris  
 verò causis & negotijs (nobis & prædictis  
 successoribus exceptis) eosdem locorum  
 Ordinarios presentium auctoritate dele-  
 gamus, vt gratia & fauore postpositis,



prose quisq; cum venerit vsus cōtra praedictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos diligenter inquirant, suōq; inquisitiones omnes sigillo obsignatas, ad praedictam sedem quamprimum transferant, vt nos & praedicti successores in casibus huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit decernamus. Nos enim singulis ordinarijs ipsis praedictos omnes & quoscunque alios etiam exemptos, etiā per edictum publicum, constituto prius Summariē & extra iudicialiter de non tuto, ad alios accessu citandi, monendi, eiq; ac iudicibus Ordinarijs & delegatis, alijsq; personis quibuscunque ne pra-

dictorū executionem quoquo modo impediānt, vel alias in illis sese interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eodemq; alios contradictores & rebelles, quosicunq; per censuras & pœnas Ecclesiasticas, ac omnia alia iuris & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachij secularis quandocunque opus erit inuocandi, ceteraq; in praedictis omnibus & singulis necessaria faciendi & exequendi, plenam & liberam tenore praesentium concedimus facultatem. Non obstantibus, &c. Datum Roma anno Incarnat. Dom. 1569. Kalen. Iun. Pontif. anno 4.

## ARTICVLVS VIII. De immunitate Ecclesiastica.

- 1 Immunitas Ecclesiastica in quibus attendenda.
- 2 Ecclesia nondum consecrata an gaudeat immunitate.
- 3 Confugientes rei ad Ecclesiam quomodo tractandi.
- 4 Clerici non tenentur ad onera imposita à Principe seculari.
- 5 Clerici an gaudeant immunitate ratione bonorum Patrimonialium.
- 6 Clericos obtinens feudum eius ratione tenetur ad onera imposita per Dominum feudi.

**C**AUSAE immunitatis Ecclesiasticę pertinent quoque ad iudicem Ecclesiasticum. *cap. conquestus. de fo. comp.* Immunitas autem Ecclesiastica consistit primo in reddendā debita reuerentia ipsi Ecclesię, vt quod in Ecclesiā causę sanguinis & negotia seculari tractari non debent. *cap. cum Ecclesia. de immunit. Eccl. cap. accusatio. 2. q. 7. & sententia à Laico in Ecclesia lata est ipso iure nullę. decret. cit. tit. in 6.*

Ecclesia præterea incastellari non debet, nec muniri vt in ea defensiones,

vel militum receptacula parentur: instante tamen necessitate graui possit hoc concedere Episcopus, dummodo cessante necessitate incastellatio quoq; cesset. *Hof. in sum. tit. cit. nu. 6.*

Et non solum Ecclesia consecrata, sed & nondum consecrata in qua tamē Diuina peraguntur, & etiam interdicta gaudet hac immunitate. *c. Eccl. tit. cit. ibiq; DD. communiter.* Similiter & Palatium Episcopi si fuerit ædificatum intra quadraginta passus ab ipsa Ecclesiā. *Couar. var. res. lib. 2. cap. 20. num. 5.*

Quo-